

Evangelium Marci 8. cap:

IN diebus illis: Cum turba admodum multa esset, &c.

EXORDIUM

à xpcia.

Non deseram nec derelinquam te. Hebr: 13.
Hujus promissionis specimen Christus edit in hodierno Evangelio. Pascit enim turbam, quæ illum erat secuta, licet ab illâ non fuerit rogatus. Quapropter & nos tutò ipsius fidei nos committamus.

NARRATIO.

HOc Evangelium circa messem singulis annis proponitur in Ecclesiâ:

1. Ut ex illo discamus, messem nostram ex solâ Domini manu sortiri benedictionem. Ut enim Christus septem panibus & paucis pisciculis 4000. hominum pascit, in hodierno Evangelio: ita adhuc hodie mirabiliter frumentum & vinum ex terrâ producit, omneq; animal implet divinâ suâ benedictione. Sed miracula divina assiduitate (prò dolor) vilescunt.

2. Voluit nos explicatione hujus Evangelij erudire religiosa antiquitas, quomodo

O 4 modo

ψ 65.

ψ 104.

145.